Altare denudatum est, et dicta die suppellectilia sacra defevunt à dicta Societate

De tota Ecclesia

Mandauit reapptari tectum in partibus necessarijs, ac prohibuit in Platea ante fores Eccl.ae et intra fines eiusd.s aliquid innouari, siue seminari, sub poena scutor. centu, à b. m. Ep.o Alcotto iniuncta, et alijs arbitrio

De Ecclesia et Conuentu S. Fran.ci Minor. Conuentualium

die 14 8bris 1719.

Ill.mus et Rev.mus D. se contulit ad dictam Ecclesia Iurisdictioni episcopi subiectam uigore decreti S. M. Innocentij X. ut in parrijs. et ad Ianuam Ecclesiæ receptus à Patribus, peracta absolutione Defunctor. uisitauit, et decreuit ut infra.

De SS. Eucaristiæ Sacram.to

Quia Eccl.æ forma renouatæ SS. Sacram.tum asseruatur in Altare, et Cappella S. Antonij Patauini in Tabernaculo, quod posè debitam adorationem, et preces inuentum fuit ad formam.

De Sacro Oleo Infirmorum

Retinetur in Custodia Marmorea antiqua, et elegantis formæ à cornu Euangelij Altaris Maioris, et pariter inuenta fuit ad formam

De Sacris Reliquijs

Illmus D. visitauit sacras Reliquias existentes in armario Sacristiæ, et mandauit tradi notam earundem ad effectum allegandi in actis visitationis.

De Altare Maiori

Adsunt in eo infrascripta onera Missarum.

Vna singulis fer. 2.is pro Familia q. Antonij Rucinetti

Tres singulis mensibus pro q. Mro. Zeli de Terra Sancti Oresti, et suis.

Decem pro an.a q. Cile Boccapeni

Duodecim pro an.a q. Feliciani Rocchi

Anniuersarium cum Missa Cantata, et duabus lectis pro anima q. Angeli Pappaleoni

Duo anniuersaria similia pro q. Lucia Zanavola, et suis

Vnum simile pro an.a q. Sor. Fran.ca Ischia, olim Professæ in Monastº huius Ciuitatis post festum Omnium Sanctorum.

Inspecto altare inuentum fuit sufficienter prouisum, et decenter ornatum.

De Altare S. Crucifixi

Olim erat de Iuribus Familiae de Spendiorijs, ob cuius deficientiam b. m. Epus. Alberius ad preces Patris Guardiani, et Fratrum, et ad instantiam Nob. D. Ceciliae Andosillae, illud concessit d. D. Ceciliae, quae se obtulit illud imposterum providere, et manutenere de suppellectilibus necessarijs.

Caret onere Missar., et inventum fuit sufficienter provisum.

De Altare S. Antonij Patavini

Manutenet. à Societate Laicali Plior. Civor. ibidem erecta sub invocatione S. Titulari, per cuius officiales mandavit exhiberi librum administrationis.

In eo ex obligatione Conventus celebrat. qualibet die Iovis ex leg.o et pro an.a D. D. Cosmi de anguillaria.

Et ex obligatione d. Societatis sexies in anno cum eleemosina Iulior. duor. pro qualibet missa ex dispositione et pro anima q. Incogniti Benefactoris.

Quoad Altare mandavit approximari lapidem sacrum fronti Altaris per quatuor digitos, et renovari bradellam subpedaneam.

Et per administratorem tradi notam bonor. et doceri de adimplemento missarum infra mensem sub penis.

De alijs Altaribus

Extant in veteri ecclesia

Altare S. Caroli de Iuribus DD. Comitum de Petronijs, cum obligatione unius Missae singulis fer. secundis, pro animabus q. Ioannis Antonij, et Susannae de Petronijs, ut ex Tabella onerum in Sacristia existen.

Altare S. Eligij de Iuribus Universitatis Fabrorum cum obligatione Conventus, celebrandi semel in mense, pro anima q. Angeli Peveli.

Altare S. Bonaventurae de Iuribus DD. de Trelijs cum obligatione d. Conventus celebrandi ter in mense, et sexies in anno pro anima q. Clerici de Totis, et pro animabus eiusd. Familiae de Trelijs.

Altare S. Bernardini de Iuribus Societatis eiusdem cuius Sodales induti vestibus albis incedunt in Processionibus publicis, in quo celebrabatur qualibet p.a Dom.ca Mensis ex devotione dictorum Confratrum.

Altare S. Hominis Boni de Iuribus Artis Sarcinatorum sine onere missarum

Altare S. Crispini de Iuribus Artis Sutorum pariter sine onere.

Altare Cordigerorum de Iuribus Societ. eorundem, quae possidet solummodo unam Domum, et in reliquis manutenebatur ex quaestuationibus, quae administrantur a Depositario, per quem Ill.mus et R.mus D. mandavit reddi rationem

In eo tenebant. RR. Conventus celebrare unam Missam singulis feriis sextis pro Familia de Bellulis; et quadraginta singulis annis in diebus Veneris, ex legº. et pro anª. q. Mariæ Antonij Moriconi.

Verum cum praefª. Altaria fuerint demolita, et Missæ donec denuò construantur translatæ ad altare maius; Illmus D. mandauit doceri de adimplemtº.

De Altare Conceptionis
B. M. Virginis

De Iuribus Societatis eiusdem Tituli, quæ non etiam ex-tibus, et possidet bona descripta in Inuentario exhibito et alligato in actis Visitationis pª. 1. fol. 138 quæ administrant à Depositario, siue Economo eligendo ab Epō., et ad presens est D. Nicolaus Ottone Archipresbiter, per quem Illmus D. mandauit reddi rationem, et doceri de adimplemento oneru eiusdem Societ. quæ tenet. celebrari facere infrascriptas Missas annuas, nempe.

Missas duas pro anima q. Annæ Meschinæ

Missas tres pro anª. q. Faustinæ Meschinæ

Missas duodecim pro anima q. ~~Incogniti~~ Benefactoris, quæ elargitus fuit centum viginti, ut in Visit. b. m. Episcopi Aleotti.

Insuper in eodem Altare ex obligatione Conuentus celebrant. Missæ infrascriptæ nempè

Missa una singulis feriis 4.ª, et singulis Sabathis pro Famª. q. Ghelmini Crotti. et missæ duæ quolibet mense pro anima q. D. Antonij Fucci Foroliuiensis

Altare inventum fuit ad formam, et decenter ornatum

De Altare S. Rochi

De Iuribus Societ. eiusdem Tituli, cuius Confratres induti vestibus coloris rubidi, interveniunt publicis Processionibus, et gaudent privileggijs archiconfraternitatis S. Rochi de Urbe ob aggregationem.

Possidet d.a Confraternitas diversa bona quæ administrantur ab officialibus, per quos mandavit tradi notam vide in actis p.te 1. fol. 140 redditionem, et doceri de adimplemento onerum tenetur enim Societas celebrari facere in d.o altare Missas infrascriptas, nempe.

Missas octo annuas pro anima q. Horatij Cellini, et missas octo pro an.a q. Ioannis Sciavone

Inspecto Altare mandavit reaptari cirtum circa Petram sacram ibique collocari in medio altaris, et approximari fronti eiusdem saltem per tres digitos, et in eo depingi Crucem, et tam dictum Altare, quam alia suprascripta cooperiri post celebrationem Missarum. Tela stragula.

De Oratorio d.æ Societatis

In proximo Oratorio retinent Confratres vestes, et alia mobilia eiusdem Societatis

De Confessionalibus

Duo Confessionalia inventa fuerunt ad formam.

De Sepulturis

Sepulturæ novæ Eccl.æ occlusæ fuerunt, et remanent in ecclesia parte laterali ad formam.

De Tota Eccl.a

Renovatur ex industria A. R. P. Fran.ci Ghioni Guardiani quod Ill.mus D. laudavit.

De Sacristia

Inuenta fuit Sacris Suppellectilibus sufficienter ditata

De Choro, et Organo

Chorus in quo, et organa reperiuntur, inuentus fuit ad formam.

De toto Conuentu

In Conuentu bene structure ad presens sunt assignati de familia infrascripti Fratres

A. R. Fran.cus M.a Ricius Guardianus

A. R. Bartholomeus Ricorus Sacerdos

A. R. Alexander Iuliani Sacerdos

F. Fran.cus M.a Rici Laicus Professus

F. Gabriel Albertini Laicus Professus

F. Ioannes Bapta. de S. Elia Laicus Professus

F. Bernardinus Lutij Oblatus

Prefatus Conuentus possidet bona stabilia et Census, et administrantur per d.os R.R. à quibus mandauit exhiberi Inuentarium, et reddi rationem

De Ecclesia B. M. de Plagis

die 15 8bris 1719

Est de Iuribus Communitatis, à qua olim fuit constructa et ad presens manutenetur.

De unico Altare

Dicatum S. Imagini B.mae Virginis maximae deuotionis apud Ciues, et in eo erecta sunt duo Beneficia, seu Cappellanie de Iure Patronatus prefatae Communitatis possessa à R.di